

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Bellum ak
cum fonte primo

Sepius enim penuria
quam pugna consumit exercitum
et ferro seuior fames est.
Nam fames intrinsecus pugnat
et uincit sepius sine ferro.
Deinde reliquis casibus potest
in tempore subueniri,
pabulatio et annona in necessitate
remedium non habent nisi ante condantur.
In omni expeditione unum extet
maximum telum ut tibi sufficiat uictus
et hostes frangat inopia.

Vegecius libro III. capitulo III.

Saeplus enim penuria
quam pugna consumit exercitum,
et ferro saeuior fames est.

←

Deinde reliquis casibus potest
in tempore subueniri,
pabulatio et annona in necessitate
remedium non habent nisi ante condantur.
In omni expeditione unum est et
maximum telum ut tibi sufficiat victus,
hostes frangat inopia.

Publius Flavius Vegetius Renatus, *Epitoma rei
militaris*, 3.3.1-3 (M.D. Reeve ed., pp.68-9, ll.22-
26, 1-2).

Quaerendum etiam ultra pars equites,
ultra pedites habeat meliores,
sciendumque in peditibus
vel maxime consistere robur exercitus;
et inter ipsos equites quis contatis,
quis sagittariis antecedit,
quis plures loricas induat,
quis utiliores equos adduxerit;
postremo loca ipsa in quibus pugnandum est
utrum inimicis an nobis videantur accommoda—
nam si equitatu gaudemus,
campos debemus optare, si pedite,
loca eligere angusta, fossis paludibus
vel arboribus impedita, et aliquotiens montuosa—;
cui magis victus abundet aut desit—
→ nam fames, ut dicitur, intrinsecus pugnat
et vincit saepius sine ferro.

Publius Flavius Vegetius Renatus, *Epitoma rei
militaris*, 3.9.5-8 (M.D. Reeve ed., pp.85-6, ll.18-
25, 1-4).